quod est ipse. Hanc ergo gloriam et tantam beatitudinem concupiscamus ne forte
iudicans iudicet nos deus cum gloriam que ab invicem est queritis et gloriam que a so-
lo deo est non vultis. Sane ut eque nobis spem et timorem liceat et ad tantam
beatitudinem aspirare sanctorum nobis desideranda sunt suffragia quatenus
ut quod nostra possibilitas non optinet eorum nobis intercessione donetur. Misere-
mini mei miseremini mei saltem vos amici mei. Nostis vos pericula nostra nostis
figmentum nostrum nostis ignorantiam nostram et dolos adversariorum nostrorum eorum
impetus et nostram fragilitatem. Vobis enim loquor qui in eadem temptatione
fuistis et qui eosdem superastis conflictus eosdem laqueos evasistis qui didicis-
tis ex hiis que passi estis compassionem. Confido equidem et de angelis quod ne
ipsi quidem visitare speciem dedignentur maxime quia scriptum est visitabis
speciem tuam et non peccabis. Ceterum et si de eis michi arbitror presumendum ob
spiritualis substantie et carnalis forme similitudinem amplior tamen fiducia ad eos
michi vero vertendum quos habere me novi et in ipsa humanitate consortes
ut oporteat eos familiarius et specialius misereri ossis de ossibus suis et carnis de
carne sua. Denique transeuntes de hoc mundo ad patrem suum nobis pignora
reliquerunt. Apud nos siquidem eorum corpora in pace sepulta sunt quorum no-
mina vivent in secula id est quorum gloria numquam sepelietur. Absit absit a
vobis autem sancte Egiptia illa crudelitas pincerne Pharaonis qui in gradum
pristinum restitutus statim est oblitus Ioseph sancti qui in carcere tenebatur.
Non enim erant unius capitis membra ut aliqua pars fideli cum infideli aut illa
societas in solitate Egiptum non plus quam lux ad tenebras. Siquidem Egip-
tus tenebre id est non videns deum atque ideo uterque id est erat lux erat nec
sic nec Iesus crucifixus inter latrones potuit oblivisci. Factum est utique quod pro-
missum est ipsa die qua compassus est et congregavit. Nos quoque si nos sumus ipsius
capitis membra nunc et sancti videlicet eius tam felicibus hodie vobis et nobis congratu-
lamini affectu. Ceterum qui dixit si glorificatur unum membrum congaudent et omnia
membra hoc quoque nichilominus ait quod si patitur unum membrum compatiuntur
omnia membra. Hec igitur nostra et eorum coherentia est ut nos congratulemur eis
ipsi compatiantur nobis nos devota meditatione regnemus in eis ipsi in nobis et
pro nobis militent pia intercessione. Nec est quod de eorum pia erga nos sollici-
tudine dubitemus quandoquidem non consummandi sine nobis sicut super meminimus ex-
pectant nos usquequo deus retribuerit nobis ut videlicet in novissimo die magne
festivitatis diem omnia simul in virum perfectum cum suo tam excelso capite membra con-
veniant ut laudetur in hereditate sua Christus Iesus dominus noster qui est benedic-
tus in secula. In transitu sancti Malachie. Sermo 29.

E celo nobis dilectissimi hodie copiosa quedam est benedictio des-
cendit et fideliter eam non distribui vobis quidem dispensatum esset
michi vel periculosa cum minimum hec dispensatio videtur esse commissa.
Timeo utique dispendium vestrum timeo dampnationem meam si forte dicatur parvuli pe-
tierunt panem et non erat qui porrigeret eis. Scio enim quam necessaria nobis

sic e caelo veniens consolatur quos constat illecebris carnalibus et oblectamentis
saecularibus viriliter renuntiasse. Nemo sane huiusmodi esse caelestis et superni dubitet
consilio dispensatum ut episcopus Malachias hodie inter nos obdormiret et deside
ratam haberet inter nos sepulturam. Eum enim nec felicem quidem arbitror si de uno
initio credat in tantum quis tam clarebit ut non evidenter dignum huius viri adven
tu et transitu magnum prorsus consilium supernae pietatis advertat. A finibus ter
rarum huc postremo advenit alia quidem occasione festinans, etenim ob specialem
erga nos caritatem id plurimum desiderasse noscitur. Multa quidem in itinere ipse im
pedimenta sustinuit nec transfretare permissus est donec appropinquaret tem
pus consummationis eius et terminus qui non potest praeteriri. Quae quidem multas ad
nos pervenientes laboribus fatigatos angelum dei pro reverentia sanctitatis suae susce
pimus. Sed et nos ipse pro sua mansuetudine et humilitate aliquos videbatur largius
supra quam merentur devotione suscipiebat. Affuerunt pauci dies ex quo apud nos dies fe
cit in voluntate sua dum fratres consolaretur qui dispersi in Anglia fuerant, cum regis
illius vir suspicio dei hominem impediret. Iamque ordinis ad eum collapsus ad Roma
nam per quam venerat curiam parabatur iter, cum subito infirmitate percussus sen
sit praeterquam ad caelestem magis sese palatium evocari, deo melius aliquid provi
dente pro nobis, ne a nobis egressus alibi consummaretur. Nullum quidem in eo non
dico mortis sed ne gravioris aegritudinis signum medicis apparebat. Ille tamen ex
hilaris spiritu aiebat omnimodis oportere ut hoc anno Malachias ab hac vita
egrederetur. Laboratum est gratia et devotis precibus apud deum et quibuscumque
potuimus modis, sed illius praevaluere merita ut desiderium cordis eius tribue
retur ei et non fraudaret voluntate labiorum suorum. Sicut enim prius vobis omnia
ei generaliter et hunc maxime locum divina sibi inspirante clementia elegisset, et hunc
quoque ex longo optaret sepulturae habere diem quae fidelium omnium generalis
memoria celebratur. Sed et illud mihi hoc gaudium cumulavit, merito ipse fratrum
nostrorum ossibus de parte cimiterio asportandis huc et recondendis eadem nobis
dies auctore deo fuisset electa quae nimium dependimus nobis ex amore
pollentibus eorum [illegible] plenius sese ille cum delectari dicebat, et non multum
post ipse quoque sanctus spiritus suavissimo et felicissimo separatus. Agimus
itaque gratias deo super omnibus dispensationibus suis qui dignos nos morte eius hono
rare praesertim pauperes suos pretiosissimo corpore eius locupletare thesauro quo in
firmos nos tanta ecclesiae suae voluit fidei columna. Alterum siquidem e duo
bus signum istud quod nobis in bono fuerit est, persuadet ipsum ut placidus sit deo locus
aut sibi placitum fieri velit ad quem tantae sanctitatis virum a finibus terrae moriturum
sepeliendumque perduxit. Ceterum quod illi affectuosus condolere et eius quae tam insi
gnibili ecclesiae dictum hoc vulnus non peperit conferre crudelitatem mortis vehe
mentius abhorrere. Verum huius praesertim eius ipsum compellit. Dura prorsus et inexorabilis
mors quae tantam hominum multitudinem unius percussione multavit, caeca et impro
vida quae Malachiae ligavit linguam, impedivit gressus, dissolvit ma
nus, oculos clausit, illos inquam devotos oculos qui piissimis fletibus divina

Nota

peccatoribus reconciliare gratiam consueverant. Illas mundissimas manus que laboriosis
et humilibus operibus exerceri semper amaverunt, que dominici corporis hostiam salutarem
pro peccatis tuis offerebant et sine ira et disceptatione in oratione leva-
bantur in celum, que in infirmis medelis protendisse et signis variis effulsisse nescit.
Illos quoque speciosos gressus evangelizantis pacem, evangelizantis bona,
illos pedes qui totiens fatigati sunt studio pietatis, vestigia illa digna
semper que devotis osculis premerentur. Sed et denique labia illa sacerdotis que
custodiebant scientiam, os iusti quod sapientiam meditabitur, et linguam eius que in-
dicium loquens, ymmo et mirum in modum mederi solebat vulneribus animarum. Nec mi-
nus fuerit iniquitatem esse quam graviter iniquitatis considerantium quam seductio nostre
peperisse. Nichil magnum mirum si sicut sine disceptatione que venit ex persuasione
mors sit fidelis crudelis et fatua, que ex antiqui serpentis fallacia et mulieris
insipientia procedit. Quid hic contra Malachiam ausa sit attemptare. Fidelem eiusdem
membrum Christi pridem et ipsum Malachie patrem et cum electorum caput [illegible] per-
misit. Percussit utique innocentem sed non innocens evasit. Impegit in vitam mors et
incidit intra se victima mortem et absorpta est mors in victoria. Hamum sibi de-
vorans [illegible] tenere cepit unde visa est tenuisse. Sic fecisse quis dicit que
Quomodo mors devicta est [illegible] morte Christi.
mors a capite superata videtur que tanta adhuc libertate sevit in membris. Si mors
mortua, quomodo Malachiam occidit? Si victa, quomodo adhuc prevalet universis,
et non est homo qui vivat et non videat mortem? Victa plane mors
diaboli et peccati pena, victum peccatum causa mortis, victus et ipse malignus
et peccati auctor mortis. Nec modo victa sed hec sed et iudicata et dampnata
diffinita quidem sed nondum promulgata sententia est. Denique iam diabolo
ignis paratus et si nondum precipitatus in ignem, modico adhuc tempore sinitur
malignari. Tamquam malleus celestis opificis factus est malleus universe
terre: terit electos ad eorum utilitatem, reprobos conterit in eorum dampnationem. Quis
ergo [illegible] fideles et domestici eius peccatum. Sic et mors vivit et peccatum licet
simul cum Christo crucifixum ipsum non dubitetur affixum, adhuc sibi interim non regnante quidem
sed habitante et in ipso Deo vivere apostolus [illegible] si ne ipse ait iam non
ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Sic et mors ipsa nunc quidem
adhuc alicubi regnat sed cessabit non obesse. Erit autem cum dicetur: Ubi est mors vic-
toria tua? et ipsa siquidem in ultima novissima destruetur. Nunc vero modicum eo quod
imperium habet vite et mortis et mare ipsum cuius adheret littoris metas me-
tis mors ipsa dilectis Domini sompnus et refrigerium est, propheta testante qui ait: Cum de-
derit dilectis suis sompnum, ecce hereditas Domini. Pessima quidem mors peccatorum,
quorum et vita multa nimis peior. Sed preciosa est mors sanctorum. Preciosa plane
ut pote finis laborum, victorie consummatio, vite ianua et
perfecte securitatis ingressus. Congratulemur itaque fratres congratulemur ut dig-
num est patri nostro [illegible] et pium est defunctum plangere Malachiam, et pium magis
congaudere viventi. Numquid non vivit? et vere vivit. Insipientium visus est oculis
mori, ille autem est in pace. Denique iam concivis sanctorum et domesticus Dei

psallit pariter et gratias agit dicens Transivimus per ignem et aquam et edu-
xisti nos in refrigerium transivit plane viriliter et feliciter pertransivit verus hebre-
us pascha celebravit in spiritu et nobis transiens loquitur desiderio desideravi hoc pa-
scha manducare apud vos transivit per ignem et aquam quem nec tristia frangere
nec detinere mollia potuerunt ¶ Est enim deorsum nos locus quem sibi totum
vendicat ignis adeo ut ne minimam quidem aque guttam de lazari digito mi-
ser ille dives ibi habere potuerit Est et sursum civitas dei quam letificat
fluminis impetus voluptatis torrens calix inebrians quam preclarus In hoc sa-
ne medio boni et mali scientiam gerimus et voluptatis ac tribulationis hic nempe est
experimentum infelix eva in has vicissitudines nos induxit hic plane dies
et nox mixtim in inferno tamen nox et in celo tamen dies proinde ita qui bene
quam pertransiit nec voluptati inherens nec deficiens in tribulatione ¶ Breviter
vobis unum aliquid ex multis huius viri magnificis actibus arbitror referendum
in quo ostendere satis et ignem et aquam noscitur pertransisse Insignem illius patrie
hibernie sanctam apostolicam sedem metropolitanam tyrannica sibi progenies successionis
ordine carnis archiepiscopatum vendicabat hereditate possidens sanctuarium dei Roga-
tus itaque a fidelibus malachias noster ut tantis sese malis opponeret animam suam
in manibus suis ponens accessit intrepidus suscepit archiepiscopatum tradens
se discrimini manifesto ut tanto crimini finem daret inter pericula rexit eccle-
siam post pericula sibi quomodo successorem alterum canonice ordinavit et sedem
quietem suscepit ut pristinam assistente persecutionis urbe alter sponte pos-
set restitui ad sedem propriam remeare est permissus ubi sine ecclesias-
ticis secularibusve redditibus in congregationibus religiosis quas ipse construxe-
rat degens inter eos tamquam unus eorum usque ad hoc tempus vixit absque
ulla proprietate Sic dei hominem non exanimavit tribulationis incendium sicque
deinceps aurum cum sit nec illecebra tenuit aut resolvit nec curiosus spec-
tator in via substitit propter peregrinationis oblitus quis vero sit non vehe-
menter eius imitari cupiat sublimitatem si id audeat vel sperare Credo quoque
libentius auditurus si dicere forte potuimus quid sanctum fecit malachiam
sed ne nostrum minus acceptabile testimonium videatur scripturam audite dicentem
In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum fide calcabat mundum iohanne attes-
tante qui ait hec est victoria que vincit mundum fides nostra nam in spiritu lenita-
tis dum quelibet et adversa equo animo tollerabat hinc quidem post christum
fide calcabat mitia ne caperetur illecebris inde in patientia sua possidebat ani-
mam suam ne molestiis frangeretur de hiis enim duobus habes in psalmis cadent
a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis et quidem multo plures prosperitatis
fallacie quam adversitatis flagella deiciunt nemo itaque viam regiam planam
mollioris vie suspiret delectatus iter illud magnum sibi quomodo arbitra-
tur magnus hic corpus montes habet insuperabiles quidem sed eo ipso pericu-
losiores laboriosior forte via videtur inter ardua collium et aspera rupium sed
expertis longe securior erit et desiderabilior invenitur utrobique tamen laborem

et periculum esse noverunt. Qui dicebat: Per arma iustitiae a dextris et a si-
nistris, sicut in meo congratulentur, quia qui transierunt per ignem et aquam et in refri-
gerium sunt educti. Refrigerium vultis audire? Utinam id vobis alius loqueretur,
nam ego quod non gustavi eructuare non possum. Videor tamen michi hodie super
hoc refrigerio Malachiam audire dicentem: Convertere anima mea in requiem tuam
quia dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte etc. In quibus verbis
quid intelligam paucis audite. Siquidem inclinata est iam dies et longius
quam speraveram sermo processit, quo minus tuncius avellere a primi dulcedine no-
minis et Malachiam silere lingua formidans finem facere dubitavit. Mors autem
fiet pretiosa est, nisi forte excidit vobis quod in propheta legistis: Anima quam per-
timuerit ipsa morietur. Triplex proinde congratulatio est. Homo ab omni pec-
cato et labore et periculo liberatus. Ex hoc siquidem nec peccatum in eo habitare
dicitur nec poenae luctus indicatur, nec ab ullo deinceps lapsu ei perditione esse ca-
vendum. Posuit Helyas pallium, non est quod timeat; non est quod tangi me dum te-
neri ab ancilla vexatur. Currum conscendit, non est iam trepidare nec cadat sua
vitae. Scandit non laborans volatu proprio sed celeri in vehiculo sedens. Sed hoc
nos refrigerium dilectissimi toto animi aviditate currimus in odorem unguen-
torum huius beati patris nostri, qui nimirum hodie tempore in ferventissimum desiderium vi-
sus est excitasse. Curramus inquam post eum crebro illi clamantes: Trahe nos
post te, et affectu cordis et profectu conversationis, devotis omnipotentis mise-
ricordiae gratias referentes, qui indignis servulis quibus propria desunt meri-
ta, aliena saltem voluit suffragia non deesse. || Dominica in kalendis
novembris de visione Ysaye. Vidi dominum etc. Sermo [illegible].

Vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et plena erat
omnis terra maiestate eius. Sublimis quedam visio prophetico nobis
sermone describitur: Vidi inquit dominum sedentem. Magnum spectaculum fratres
et beati oculi qui vident. Quis non toto desiderio concupiscat tante maiestatis
gloriam contemplari? Hoc quippe omnium sanctorum unicum desiderium fuit; ipse est enim
in quem angeli desiderant prospicere, quem videre vita eterna est. || Sed aliam fratres
audio prophetam eiusdem et eiusdem domini longe dissimilem visionem. Siquidem Y-
sayas iste est qui alio in loco sic loquitur: Vidimus eum et non erat illi species ne-
que decor, et estimavimus eum tamquam leprosum etc. Ubi illud primo considerandum
est quod cum illa hec prophetice perfectionis proprie non incongrue videtur non sine
causa sane ibi vidimus scriptum est, hic vidi, non ut illam intelligas esse communem, hanc
vero excellentie singularis. Siquidem absque specie et decore vidit eum et sprevit He-
rodes, viderunt ipsum quoque Judei qui et dinumeraverunt omnia ossa eius. Jam vero super
hac visione beatum manifeste propheta denuntians ait: Tollatur impius ne videat
gloriam dei. Multifarie igitur multisque modis non solum locutus est in prophetis
sed et visus est a prophetis. Agnoverunt eum David minoratum paulominus ab
angelis, Jeremias vidit etiam eum conversantem cum hominibus, Ysayas modo super
solium excelsum, modo non solum infra angelos aut inter homines sed tamquam leprosum